



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

8. De Pensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

anum. Si quis duo incompatibilia primi generis simul retinere praesumpserit, abique dispensatione, amittit etiam secundum, si Praelatus, vel administrator bona ecclesiae, vel Monasterij alienet abique fortia à iure praescripta, vel Romano Pontifice inconsulto. Denique si quis vi potestione in fuerit ingressus. In his, ac similibus casibus, ubi haec iura non sunt vltro abrogata, beneficium impetrari potest tanquam vacans: sed crimen est probandum. Ipse tamen beneficiarius non tenetur sua sponte ante sententiam beneficium dimittere. Azorius p. 2. l. 7. c. 17. Lessi. l. 2. c. 34. dub. 34. Filliuc. tr. 4. num. 15. Laym. l. 4. tract. 2. cap. 17. à num. 1.

44
Et per
dici sen-
tentiam.

Quid vacare potest per iudicis sententiam: Propterea ob quinque crimina meretur quis per iudicem suo beneficio privari. Primum est, quia non residet. Cap. congre-
rente de Cler. Secundum, si sit homicida. Cap. Clerici, ne Cleri. vel. Tertium, si sit publicus concubinaris. Trident. sess. 25. m. 14. Quartum, si sit perjurus. Cap. Querela de iure iur. Quintum, si blasphemus in Deum, vel sanctos. Cap. si quis per capillum 22 q. 1.

CAPVT VIII.

De pensione.

45
Quid pen-
sio, & in
quo à ben-
ficio dispo-
nat?

PENSIO est ius certa ad tempus exigenda vel soluenda portio ex determinato beneficio, aut à beneficiario Ecclesiasticum beneficium pos-
suo à benef. scilicet. Differt à beneficio maxime in duobus. Primum, quod pensio sit pars quaedam iuris beneficii aliam reddituum alteri constituta, & designata. Secundo, quod beneficium in perpetuum multorum vltum suapte natura constituitur: quomobrem morte, vel renunciatione beneficiarii vacat, & alteri conferri debet: pensio autem ad tempus decernitur, ita vt vel renunciatione, vel morte pensionarii omnino finiatur, sicuti usufructus usufructuarij morte. Azor. p. 2. l. 8. c. 5. q. 1. Sylui. 2. 2. q. 100. d. 4. com. 1. Lessi. l. 2. c. 34. dub. 37. Filliuc. tr. 4. 2. n. 2.

46
Duplex est
laica &
clericalis,
& clericalis
est etiam
duplex.

Duplex est pensio Laica & Clericalis. Laica constituta, laico etiam competere potest, vt Clericalis, quae datur Ecclesiae, Oeconomus, Cantor, & Patrono, Defensori. Clericalis vocatur quae solis Clericis conferitur. Hae rursus est duplex, vna simpliciter spiritualis, quae Clerico ob spirituale ministerium datur, vt concionatori, Parochi Vicario. Altera media, siue mixta, quae in Clericali statu fundatur, tamen non ob spirituale ministerium conferitur, sed ob aliam causam, eamque vel lucrosam, vt quae Clerico pauperi, vel parochi seni, oco alimentorum assignatur; vel onerosam, vt quia aliquis lite beneficiaria cedat; vel quia beneficium alteri resignat, seruata sibi aueritate Episcopi, pensione: vel quia beneficium suum cum altero teniore permutat. Bonac. de simon. d. 1. q. 4. §. 13. num. 1. & 2.

Filliuc. tr. 4. 2. n. 5. & 6. Azor. 10. l. 8. c. 3. q. 5. Tolet. l. 5. c. 82. Laym. l. 4. tr. 2. c. 18. n. 2.

Nullus potest de iure communi pensiones imponere, nisi summus Pontifex in certis tamen casibus, consuetudine iam praescripta, & ex iusta causa Episcopi eam constituere possunt. Primum, si assignetur seni Parochi non valenti amplius deferuire, vt alatur. Secundum, si causa transactionis in lite. Tercio, si causa permutationis ob fructuum inaequalitatem. Causa vero simplicis resignationis Episcopo id non conceditur, nisi resignans esset senex, & ad praestandum officium impotens: vel nial qua rationabilis causa interveniret. In his vero casibus non potest eam constitucere nisi ad vitam eius, cui assignatur: obligatio tamē pensionis solvenda ad successores tranhit, quantum pensionarius est superites. Nuar. l. 5. consil. 2. 2. num. 4. Laym. l. 4. tr. 2. cap. 18. num. 5. Filliuc. tr. 4. 2. n. 3. Sum. 1. 1. de Relig. l. 4. cap. 24. n. 37. 5a v. Pensio, n. 5.

Possunt etiam legari a laice, eodem modo, quo Episcopi, si non imponere nec sepe requiritur causa iusta, hoc est, quia sit ex iustis debito, requiritur tamen semper iusta, id est, aequa, & rationalis in ponente. Quinimo vt inferior summo praesuli valide pensiones imponat, debet semper causa iusta intervenire, id est legitima, qualem scilicet leges praescribunt, quae in Pontifice, cum sit supra legem, non requiritur tamen in eo iusta, id est, rationalis, vt non peccet imponendo. Vnde pensio ex falsa causa concessa nulla est, si fuit iniusta, & principalis: secus si impulsiva solum & mere accessoria. Azor. 10. l. 8. c. 6. q. 2. Filliuc. tr. 4. 2. n. 6.

Summ. Praeius respectu hand datur exceptio pensionum non habitum ad pensiones: sed omnibus personis am veris, quam si quis possit ab illo conferri, vt forminis, infantibus, irregularibus, &c. Regulariter tamen inhabiles sunt ad pensionem obtinendam, Clericalem praeterea, quicumque sunt inhabiles vel absoluti, vel durante impedimento, ad Clericalem statum: & qui habiles non sunt ad officium recitandum. A pensione vero laicali nulla persona lege positiva excluditur. Flam. de confid. q. 2. & 27. num. 167. Azorius p. 1. secund. l. 8. cap. septim. quaest. 12. Gracia de benef. p. 1. c. 5. n. 134.

Pensionarii accipe obligationes. Sine causa pensionem exigens tutus est in conscientia, si pensio sit à summo Praesule imposita: si vero ab inferioribus, non potest illam exigere. Tenetur tantum paruum deipare officium recitare: quod si illud omittat, fructus suos non facit, & ad restitutionem tenetur. Debet pro rata pensionis solvere onera superni: nientia beneficii fructibus ab eo, qui potest imponere, nisi pensio sit reservata libera, & ab omni onere exempta; tunc enim tantum titularis ad illa tenebitur. Obligator denique ad restitutionem Clericalem ex constitutione Sixti V. si pensionem exigit, & pensio exaginta excedat. Filliuc. tr. 4. 2. n. 1. & 2. Nau. 1. c. 2. §. n. 122. Gracia de benef. p. 1. c. 5. n. 14.

Ad quatuor piacula reducimur, quae in materia pensionis possunt committi, nempe ad in materia iniustitiam, iniquitatem, simoniam, & exco-
pensionem. Contra iustitiam itaque potest riu-
lati

Se& I. De Benefic. Reception. Senten. 43

mitti pec-
catum in-
iustitiam.

laris peccata omnia patrare; quæ potest in so-
lutione debiti debitor; quæ quidem ad duo ca-
pitula reducuntur, nempe calumniosam nega-
tionem debiti, ac morosam illius solutionem.
Pensionarius etiam contra iustitiam delinquit;
si exigit sine iusto titulo, vel si causa non ve-
rificata ob quam data fuit pensio; vel si non
verificata narrata conditione, & id in titu-
laris prædicium: ut cum narratur, bene-
ficiam grauatam maioris valoris esse, quam
vere sit, Filliuc. *tr. 4.2. n. 1. & 2.*

52
Et iniqui-
tas interve-
nit.

Peccat contra æquitatē pensionarius, si, be-
neficiario omnino grauatō, vel exigens fru-
ctus colligente, integram pensionem velit
exigere, quod sit in omni casu integre refer-
rata. Delinquit etiam, si super quotidianis di-
tributionibus pensionē cōstitutiā pergat inte-
gram exigere, licet beneficiarius nullo alio
fructus ex aliquo casu percipiat, quam quos
solutioni pensionis impedit. Filliuc. *tr. 4.2. n. 2.*

53
Et simonia
iuste.

Simoniacē peccare potest post Pij & Sixti V.
constitutionem latam contra eos, qui putant
pensionem esse quid mere temporale, pro-
indeque circa eam non posse simoniam in-
teruenire. Sayr. *de censur. capite quinto num.*
15. Aragon. 2. 2. quest. 100. artic. 4. Si-
monia autem hæc in pensionibus interueniens
illicita est, quia prohibita non ē contra; per
Papam enim potest auferri; quod non esset, si
prohibita esset, quia illicita. D. u. Thom. *2.*
2. q. 100. a. 4. Verum simonia hæc in pensio-
nibus commissa nullas penas inducit, quo-
ties pure committitur circa pensiones, non
circa beneficia, cum scilicet de illis paciscitur
quis sine vlla ad beneficia relatione. Nauar. *c.*
23. num. 111. Corduba *l. prim. quest. 21.* Filliuc.
tr. 4.2. n. 6. & 7. pensio autem, quæ datur ad
officium aliquod spirituale, non potest pre-
tio vendi absque vitio simoniæ, nec etiam
redimi: talis est pensio quæ datur Concio-
natori, vel adiutori episcopi. Pensio verò
illa, quæ fundatur in titulo mere temporali
potest redimi, & vendi pretio sine simonia.
Quia nec in titulo spirituali fundatur, nec ad
spiritualem functionem refertur. Bonac. *de si-*
mon. d. 1. quest. 4. §. 3. num. 3. & 4. Lessius *l. 2.*
cap. 35. dub. 12. num. 122. Viç. *releñ. 1. de si-*
mon. num. 4. & 5. Non habens facultatem tran-
ferendi, nullatenus potest de pensione, quo-

ad ius exigendi fructus, contrahere, illā ven-
dendo, permutando, &c. Vnde qui sic transfert,
peccat cōtra iustitiā, & cōtra Religionē. At cō-
moditas, quæ ex pensione oritur, potest ven-
di, & aliter in commercium deduci. Quia
hæc commoditas non est spiritualis, eo quod
sit spirituali pensioni annexa, nam pensio
non est ex se spiritualis, sed quia annexa
spirituali: accessorium enim accessorij non
sequitur principalis naturam, sed tantum prin-
cipalis accessorium. Lessius *l. 2. capit. 35. dub.*
22. Nauar. de simon. conf. 6. Flam. de confid. q.
24. Qui verò potest transferre pensionem,
non potest id agere, accepto pretio sine si-
monia: Quia verè dat aliquid spirituale pro
temporali recipiendo. Vnde peccat, qui
transfert pensionem, retinens sibi, dum vi-
uit, omniam fructuum exactione: aut qui
pensionem transfert, accepta quacunque
pecunia in pretium, & ex pacto, sine pro-
se, sine pro aliis. Toler. *l. 5. cap. 81. & 92.*
Valent. *rom. 3. d. 6. quest. 16. pun. 3.* Layman:
l. 4. tr. 10. cap. 8. num. 47.

Quando denique pensio ceditur, trans-
fertur, conferiturve cum confidentia vitio-
sa, interueniente pacto de exactione om-
nium, vel partis fructuum in fauorem con-
fidentis, aut alterius non cōmittitur confidentia cedeme,
simoniaca prohibita Pij, ac Sixti V. consti-
tutionibus, quia illæ solam loquuntur de delinquis-
confidentia beneficiari. Quando autem pen-
sio constituitur in caput vnius ad fauorem,
ac commodum alterius, ad illam spectat obli-
gatio vitæ Clericalis, & officij recitandi, quia
verè est pensionarius, nempe qui habet ius
pensionis, & non commodum. Filliuc. *tr. 4.2. c.*
9. quest. 12. & 13. Flam. *de confid. q. 23. & 24.*
Lessius *l. 2. cap. 35. dub. 12.*

Pensio debet esse moderata, ut tantum ma-
neat beneficiario, præsertim Ecclesiæ Recto-
ri, quantum necessarium sit, ut commode se
possit sustentare, officiumque misericordiæ
derata, reu-
erga pauperes, & hospitalitatis erga peregrinos
tiam parti
valeat exercere, aliaque sibi incumbenda onera
fructuum
præstare. Consuetudine autem iam fere est in-
non exco-
ductum, ut nomine pensionis ex beneficio den-
tertia reddituum pars extrahatur. Corduba *l. 1.*
q. 21. d. 2. Lessius *l. 2. c. 34. num. 206.* Laym. *l. 4.*
tr. 2. c. 18. num. 6. Sylui. *2. 2. q. 100. a. 4. conclus. 5.*